



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Tertius fons inuentionis, Adagia. Capvt V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

apud homines garrimus, resque nostras illic exponimus. Nimirum vetera illa, & Attica, Pandionem, Athenas, Teicium, Thraciam. At cygni, qui earum garrulitatem exosam habent, vix quidem illas sermone dignas duxerunt: sed tandem, o praelaræ, inquit, causa nostra in solitudinem libens se quipiam contulerit, ut Musicam audiat, cum zephyro pennas nostras inflandas permittimus, ut suave quidpiam, & concinnu inspirer: Quare, si non multum, nec apud multos canimus, at illud certe in nobis pulcherrimum est, quod modum in canendo tenemus, nec musicam tumultibus permiscemus: Vos autem & in cedre admissas homines fastidiūt, & canentes auersantur, idq; optimo iure, quippe, que, nec incisa quidē lingua silere possitis: verum ipsa exectionem linguae, & calamitatem vestram lugentes, quavis alia aue loquaciores sitis.)

Hoc magna suauitate pro viri eloquentia. Proferam aliud exemplum, sed stylo simplificatione. Gerson Cancellarius Parisiensis, vir in Theologicis literis egregie doctus, videatur hoc dicendi genere defectatus: Nam in commentariis ad Magnificat, fabulam de cato, & vulpe iucundissime narrat, & ibidem Apologum de vulpe, Palumbis, & passere sic exequitur.

(Nidificabant palumbi syluarum in arboru proceritate, more suo, circumibat vulpes ad radices, se comiminans ascensuram, se nidos omnes cum foetibus direpturam, nisi sibi pullus proceretur unus. Trepidantes palumbi agebant, quod petebat, & abibat; reuertebatur ad simile, quoque passeri dato palumbis consilio continere se nidis suis, vulpes a fraude sua fraudata est, sed in passerem vertit insidias, non viribus, sed adulacione.

Erat in dumo passer, vulpes affuit beatificas aurulas, quod volut suo se protegeret a bestijs, & laqueis terra: sed hoc unum deest, inquit, qua ratione contra venorum turbines, & frigora se protegant. Voluit passer gloriar, & cōcionari cum garrulo, respondit, te protectionem habere, dum slabat boreas a sinistris, mergebat enim caput sub plumis ad dexteram, & e contra, si a dextris, fingens vulpes se non satis audire, propter distanciam protrahebat alloquium. Dilapsus est passer ad ramos proximiores terræ. Quasiuit, vulpes, dum ventus flaret ab anteriori, quid agebat? sic, ait, dimittens caput ad pectoris plu-

mas. Exiliit vulpes in non videnter, & deceptam blanditijs vorax rapuit. Assabulatio est.

Damus aliquando tale aliquod salubre cōsillium, quod dum præterimus, decipiuntur.)

Quid hac simplicitate candidius, aut festiuitate amoenius?

Obseruandum autem erit in his apologiis, uitate adhinc nimis sint cerebri, ne dictione nimis faceta, bendi, non & quæ ad scurrilitatem accedat pertextantur: enim omnes denique, ut personam, ut locum, ut rem de- decent. Multa in hac re, à grauibus viris, prudentiae sale temperata placuerunt, quæ si ab adolescentibus dicerentur, in opinionem incurrerent scurrilitatis.

### Tertius fons inventionis, Adagia.

#### CAPUT V.

**A**d parabolæ accedunt adagia, & plerumque cum ijs confunduntur, in eoq; maximè consentiantur, quod retum exprimitant similitudines, unde paremia dicitur ἡμια παροδιστεγμένον, επὶ χήραι τὸ πολλῶν, καὶ οὐδὲ γνωστὸν πλεον ὁ δημόσιος μεταλλεύματος. Verbum vulgare, & multorum vnu tritum, quod à paucis, ad plurima similia trāsferri commode queat. V. cum, non est vna omnium adagiorum ratio, nam alia verē popularia sunt, & cuique vel imperito obvia, que Graeci παριματθημένοι appellant, scilicet ἑρά, et nominantur, quæ à vulgi sensu remota, reconditam magis doctriam ex virtute historiae eruditione sunt complexa. De quibus mihi videtur lequutus Sennius, cum ea veteris philosophiæ reliquias appellat.

Η παρομία, inquit, Σφρόντως δὲ οὐχ οὐρὸν περὶ ἐν Αριστοτέλης φυσικὸν, ἔτι παλαιᾶς εἰσι φιλοσοφίας στο ταῖς μεγίσταις ἀνθρώπων φύσεως ἀπολογίενης ἐγχειταλεῖματα περιστέττα διάσωματα, καὶ δεῖποντα παρομία δὲ δὲ τέτο, καὶ λόγοι τὸν δεχασθητα, οἵτε βοσκοντιτέσσεν αὐτῇ πάμπολον γέροι πάλαι εἰς ἀλίθεαν εἴσοχειροι.

Sapiens prouerbium: Quid ne enim sapiens sit? cum prouerbia de casis aristoteles esse veteris Philosophia inservit maxima hominum uinas intercedentis quadam reliquia, ob breuiarem, dexteritatemq; servatas. prouerbium igitur hoc

Gerson.  
trahit.  
superma-  
gn. p. 834.

*Bosior* &c. est, sermone dignitatem habens, & tanquam è a-  
ctario *Vivisophia*, unde antiquitatem traxit, de-  
putu dicuntur promptum, ex quo graui est, pulchroq; effectu. Ve-  
tusphæ. mol-  
teres enim nostris horinisbus inuestiganda veri  
tatis longè cupidiores erant.

Quamobtem in hoc genere scribendi elab-  
orarunt olim viri graues Chrysippus, Clean-  
thus, Theæretus, Aristides, Aristophanes,  
Aeschylus, Milo, Aristarchus, &c. inter quos  
celebres (qui nunc extant opera, & labore An-  
dreas Scotti, ex nostra societate viri eruditissi-  
mi) Zenobius, Diogenianus, & Suidas, è qui-  
bus Erasmus omnia, quæ ad Paræmias Græ-  
cas attincent, decerpit.

*Quid in us-  
ab seruan-  
dum.*

Erit in his adagijs obscurandum no crehta,  
& obfcura admisceantur orationi; quod pue-  
rile est, & vitiosum, sed vbi res feret comono-  
de, quasi geminæ purpura inserantur: ma-  
xime vero in epistolari stylo, qui paræmiæ  
amenitatem cultius enitescit.

In orationibus, ad eruditionem potius va-  
lent, quam ad stylum, & præsentim, si in res  
subiectas, nisi quadam vibranitate conser-  
tantur, tum etiam insigni aliqua interpretatione  
coliuscentur.

#### Quartus fons inventionis, Hieroglyphica

##### C A P V T VI.

**V**eteres illi, qui arcana Philosophae  
symbolis, ænigmaturumque velis adum-  
brabant, ne in plebeiorum hominum sensus,  
intelligentiamq; permanaret, hieroglyphica,  
sacra quadam monumenta, non literis voca-  
bula, sed sculptis rerum animaliumque figu-  
ris significantia adiuenerunt, quo artificio  
celebres in primis fuisse narrantur Aegyptij, de quibus ita Hermotimus Luciani,  
τι γέρε εἰ μοθὲ χράμιατα χράσιμην ἐπ-  
ῆ κλίσσουν, ἀλλὰ τια τημένα, οὐ χαρακτήρας,  
οὐ πελλά Αιγύπτιων χρέος τον, ἀντὶ τῶν χρι-  
μάτων κυροκεφάλες λευκές ὄντας, οὐ λευκό,  
κεφάλες ἀνθρώπους. Quid si neque literas in  
fortibus describamus, sed characteres, & signa,  
qualia multa pro literis Aegyptij pingere so-  
let, canino, & leonino capite homines? Quod  
& septentrionalibus populis in vī fuisse re-  
statur Olaus Magnus. Nō nulli (inquit) pro  
primatis cōpitis instar Aegyptiorū, varijs ani-  
malium figuris pro literis vtebātur. Quibus cu-  
dicta sapientū præclara, & sententie exprimitur,  
euēnt, vt in animos instillentur lucum,

*Olaus ma-  
gnus l. c.  
31.*

dūs, quod submoto quasi obscuritatis velo,  
repete lux emicare videatur. Vnde, & in faci-  
litatis multa traduntur in parabolis, cuius rei  
discreta rationem reddit Origenes. Sicut in  
nouissimis diebus, Verbum Dei ex Maria Hieroglyp-  
carne vestitum processit in hunc mundum, corum si  
& aliud quidem erat quod videbatur in eo, parabol-  
aliud, quod intelligebatur. Carnis namque  
aspectus in eo parebat omnibus, paucis vero  
& eleis dabantur veritatis agnitus.

Ita, & eum per Prophetas, vel legum statorem  
verbum Dei profertur ad homines, non abs-  
que competentibus profertur instrumentis.  
Nam, sicut ibi carnis, ita hie literæ velamine  
tegitur, ut litera quidem apficatur, tanquam  
cajo, latens vero intrinsecus, sensus tanquam  
diuitias sentiatur. Accedit, quod ait D Aug. q. p.  
guistinus: (Quemadmodum multa pervitrum, 119.  
aut succina pellucens incundius: ita magis de-  
lectat veritas per imagines, & symbola col-  
lucens. Si dicas Concordia res crescunt, dis-  
cordia dilabuntur, pigrus incitat. At si addas  
hoc, veteres illos excelleantur ingenij viros, in  
arcani philosophiae mysterijs subtiliter ex-  
pressisse, primum quidem per formicam, qua  
imposito caducæ in elephantum exreficeret;  
ex altera vero parte, per elephantum gladio  
superposito in formicam desinentem: necio  
quomodo & inventionis subtilitas, & imagi-  
nis expressio, sensus tristilar fuanus, & dum  
placet, persuader efficacius.

Habent igitur amoenam eruditionem hie-  
roglyphica, & symbola, modò prudenter, &  
parè, vt cætera adhibeantur: quæ enim per se  
admirabilitatem obtinent, si crebrius infici-  
antur orationi, sunt communia, & fastidiosos  
sensus ipsa pulchritudinis fatigare obrunt.  
De iis autem extat Horii Niliaci libellus, nu-  
per à me notis, & commentarijs illustratus.  
Hic auctor Pierio ansam dedit ad hierogly-  
phicum libros concinnando, eruditos illos  
quidem, si modò maior esset fides penes mul-  
ta, quæ sine authoribus afferuntur, in magna  
Aegyptiarum rerum, atque historiarum (vt  
occultari contingere oportuit) penuria. Qui  
Pierium fecutus Brixianus, ingens symbolo-  
rum volumen congregavit, omnia bona, ma-  
lae commisceret, si delectus ad-  
hibeatur, auctor alioqui  
non inutilis fu-

luit.

Quint.